



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 3. Quid sit propria voluntas, & vt sit mortificanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

11. PARS TRACTATUS
CAPUT III.

Quid sit propria voluntas. & quomodo
moriificanda sit.

VOLUNTAS propria ab amore proprio dicitur, sicut a genere species, & à parte ipsius nomine enim amoris proprii omnes affectus & motus inordinati sentientis, quam rationalis partem, quibus homo seipsum quaerit, continentur. Voluntas vero propria duntaxat comprehendit actiones & commotiones partis intelligentis, quibus se non Deus homo quaerit, tanquam propriam finem. Quod vsu venit homini, quod tunc cupidine in se commotionem nulli virtutis sine praestatur, sed tantum facit, quia ita colligitur.

De qua voluntate B. BERNARDUS in sermone 3. de resurrectione. Lepra, inquit, nimis viscosa propria voluntas est, per se scilicet, qua magis interior. Voluntatem dico propriam, quae non est communis cum Deo & hominibus, sed nostra tantum: quae quod volumus non ad honorem Dei, sed ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes pro

DE MORTIF. VOLVNT. 399

eere Deo, & prodesse fratribus, sed satis-
facere proprijs motibus animorum. Nul-
la opera bona ex hoc proprio amore
facta sunt grata Deo, quia recto fine
destituta sunt, vti declarat propheta
ISAIAS, quando populus obmurmurans
quererebatur, dicens: *Quare ieiunamus
& non aspexisti: humili animus
animas nostras & nescisti?* Et respon-
dit Dominus. *Ecce in die ieiunij vestri* *Isa. 58.*
inuenitur voluntas vestra, quasi dice-
ret non habuistis propositum in ieiunij
rectum finem; nempe mee volun-
tati parendi, sed inordinatos fines ex
propria voluntate ortos. In quæ verba
B. BERNARDVS. *Ego, inquit, non solum*
de ieiunio, sed de silentio, de vigilijs, de *serm. 61. in*
oratione, de lectione; de opere manuum, *Caas.*
postremo de omni obseruatione mona-
chi, vbi inuenitur voluntas sua in ea; &
non obedientia magistri sui id ipsum len-
tio. Et paulò post exclamat. Græde ma-
li propria voluntas, qua fit, vt bona tua
tibi nõ bona sint; quia nihil omnino quod
propria inquinatũ sit voluntate gustabis
Christus. Nec solũ huius mali causa est
propria voluntas, sed multorum alio-
rum inde manantium; sicut enim ef-
ficat,

ficat, ut opera nostra Deo gratia non sint,
 sic etiam ut transeant innoxia, ob qua
 digni reddimur pena. Nam cum tenetur
 praeferre opera ad obsequendum
 voluntati divinae, non praeferat nisi ut
 obsequatur suae: quae in reprobam fi-
 cit Deo, ut nota vit idem sanctus de-

serm. 3. de
 resurg.

ens. Voluntas propria quod furor. De-
 minum maiestatis impugnat, nulli
 & timeant serui propria voluntate.
 Primo namque, seipsum subtrahit & sub-
 dicit eius dominatui, cui tanquam
 etori seruire iure debuerat, dum in
 citur sua. Hac aduersus Deum iniqui-
 tias exercens est, & guerram in deum
 mam. Quid enim adit, nisi punit Deum
 praeferat propria voluntatem. Cuius vo-
 luntas propria, & inferna voluntas.
 Haec omnia BERNARDVS, qui optime
 intellexit, quae perniciosa, res sunt
 volutas, quae aq; mala ex ea dicuntur.

VERVM omnibus grauioribus peccatis
 ex propria voluntate natis, & quae
 penitentia expianda sunt, declarabimus
 ratu affectu inordinatos, occultos, & quos
 dam vitia, quae ex ea oriuntur, & quae
 & teneri cupiditate cognoscendae sunt
 reru curiosaru, ut historiarum, vitia
 hominibus acta, & reru futuraru.

DE MORTIF. VOLUNT. 177

de fit vt homo se dedat lectio[n]ib[us] libr[um]
vanissimor[um], iunera inutilia faciat ad
huiusmodi spectanda. Superstitios[us]
quoque commentis sortium, caelestiu[m]
aspectu[m], chiromat[i]a, & alijs huiusm[od]i
di ad indagandos fortuitos euentus v-
tat[ur]. Deu[m] de amare contentiones & li-
tes, nec discedere ab illis nisi par[te] vi-
ctoria: non subscere se aliorum impe-
tio, non ferre aliorum monita, nolle le-
gibus vllis ad officiu[m] cōpelli. In omni-
bus rebus venari cōmoda propria, nul-
li parere labori in ijs, quae cum qua-
si priuato cōiuncta sunt, in cōmu-
nibus verò vtilitatibus procurandis a-
gere languidi[us]: cogitationibus om-
nem impartiri licentiam, vt ferantur
quocunq[ue] libido impulerit: alios in
suā sententiā & voluntatē trahere, vt
faciant quid, quādo, & vbi ipse volue-
rit, nec quidē in licitis rebus aliorū vo-
luntati se accommodare. Consuetudi-
nē & amicitia[m] colere cū quibuscūq[ue], non
profectus causa, sed quia ex eorū con-
uersatione capiunt voluptatem. Copiā
rerū omniū ad amare, nihil tamen
alijs dare vel cōmodare, ne aliquid de
nostra commoditate detrahatur. Nihil
vllē

338 II. PARS TRACTATUS

vellē sibi negari, importunēq; petita
extorquere. Nulla in domo vel loco
diu morari, sed nulla necessitate facere
& data opera, quia liber, aliō commi-
grare. Si rei alicuius cupido in mentē
veniat, non expendere an conveniat
eam exequi, sed innox excogitare me-
dia quibus illa ad effectū deducatur.
Si eius auxilium in exercendo caritate
opere postuletur, vel si a Superiori-
dem impetretur, exclusa omni delibe-
ratione, possitne facere, necne, repetere
se excusare. & onus in alios rejicere.
Velle sibi promptissimā ab inferiori-
bus obedientiam in imperatis, & ab aliis
qualibus in consultis prestari, non
gloriam dei, aut utilitatem, illorum
sed tantum quia ita visum est. Et
alijs contradicere in ijs quae palato
sapiunt, nullius autem contradictione
& obloquia ferre.

Hi, alijque similes sunt propriae vo-
luntatis affectus, in quibus homo
que Dei gloriam, nec animae suae salu-
tem, aliumve virtutis finem ante oculos
obiectum habet, sed tantum labo-
rat, ut suae voluntati satisfaciat. Quae
efficitur, ut opera inde nata sint in-
digne

DE MORTIF. VOLVNT. 339

ordinata & Deo ingrata, nam vt S GRB *In. 1. Reg. 6. 15.*
GORIVS scribit, qui propriam volunta-
tem sectantur, sepe arbitrantur opera
sua grata esse. Deo, & tamen ab eo,
licet grandia sint & præclara, minimè
approbantur.

CAPVT III.

Quemadmodum mortificanda sit pro-
pria voluntas cum suis inordinatis
affectionibus, vt curiositate, fa-
miliaritate nimia, alijsq;
huiusmodi.

AFFECTIONES prauæ, quas
supradiximus oriri ex volun-
tate propria, in hunc modum
mortificandæ sunt. Curiositas com-
prehendendam artium, historiarum
& fabularum mortificatur, si apud a-
nimum nostrum constituamus nulli
rei cognoscendæ operam dare, quàm
quæ status & officij quod gerimus le-
gibus congruat & ad maiorem Dei
gloriam, proximique salutem procu-
randam proficit. Sic loquitur S. Paulus.
Dico, inquiens, per gratiam, qua data
est mihi, omnibus, qui sunt intra vos: *Rom. 12.*